bespreking Cicero

Laus philosophiae

O vitae philosophia dux,
o virtutis indagatrix
expultrixque vitiorum !
Quid non modo nos,
sed omnino vita hominum sine te esse potuisset ?

Tu urbes peperisti,
tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti,
tu eos inter se primo domiciliis,
deinde coniugiis,
tum litterarum et vocum communione iunxisti,

tu inventrix legum,
tu magistra morum et disciplinae fuisti;

ad te confugimus,
a te opem petimus,
tibi nos, ut antea magna ex parte,
sic nunc penitus totusque tradimus.

Est autem unus dies bene *et* ex praeceptis tuis actus
peccanti immortalitati anteponendus.

Cuius igitur potius opibus utamur quam tuis,
quae et vitae tranquillitatem largita nobis es
et terrorem mortis sustulisti ?

O: anafoor (?)
chiasme

vita hominum: wellicht wat overdreven: hyperbool
retorische vraag

drieledig – kwantit. climax
(*tu*- anafoor)
inwendige drieledigheid, kwantit.climax

parallel
(*tu*-anafoor)

variatio in drieledigheid

et is explicatief

retorische vraag
et: polysyndeton

duidelijk een retorisch opgesmukte tekst, zoals kan verwacht worden van een auteur die zijn ganse actieve carrière aan retorica heeft gewijd!